

Albert Willebrand

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Albertus Willebrandt/ U.I.D.  
Cod. Prof. ... Ad Exequias Quas ... Margarethae Schröders/ Coniugi suae  
dilectissimae ac desideratissimae Vir ... Henricus Rideman/ Civitatis  
Rostochiensis Senator ... Hodie ... apparabit. Omnes omnium ordinum Cives  
Academicos ... invitati**

Rostochii: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777427354>

Druck    Freier  Zugang



Willebrandt, A.,  
in  
**M. Schröder,**  
uxor. H. Rideman.

Rost. 1660.

60.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777427354/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777427354/phys_0002)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777427354/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777427354/phys_0003)

DFG



PROGRAMMA  
Quô  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**ALBERTUS Willebrandt / U.I.D.**  
Cod. Prof. & Ducal. Consist: Assessor,  
AD  
EXEQVIAS  
Quas  
MARGARETÆ  
Schröders/

Conjugi suæ dilectissimæ ac desidera-  
tissimæ


*Vir Amplissimus Spectatissimus Prudentissimus*  
**HENRICUS Rideman / Civitatis Rosto-  
chiensis Senator dignissimus.**

Hodiè circà horam primam in Aede Sacra  
Virginis dicatâ decentissimè apparabit.

**Omnes omnium ordinum Ci-  
ves Academicos officiosè atquè  
sedulò invitati.**

---

ROSTOCHII,  
Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ. 1660.





RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**ALBERTUS Willebrand/ U.J.D.**

**S** I omnes ita naturā comparati sumus, ut audito cuiusdam boni hominis interitu, non possimus non contrahi animo, doloreque plurimum. Quid jam Nobis faciendum existimet, in tam acerbo Fœminæ egregiis corporis ac animi dotibus ornatissimæ, Conjugis Viri Amplissimi DN. HENRICI RIDEMANNI exoptatissimæ obitu? Amisit enim ille suam dulcissimam Consortem, in quâ Post supremum Numen, semper, præsertim vero gravissimis ac periculisissimis his temporibus, salutis suæ, suorumque liberorum spem collocaverat. Amisit indivulsam olim vitæ, variarumque fortunæ vicissitudinum sociam. Amisit Exemplar vivum virtutum, bonorum morum specimen præstantissimum, magnumque humanæ ac castissimæ conversationis ornamentum. Quam quieto tranquilloq; animo, illa vivente, mœstissimus hic Maritus degebat? quam securus, ipsa sœpius vigilante, dormiebat? qui maximam spem rerum suarum, in illius virtute, fide, prudentiâ, cæterisq; virtutibus desixerat, ut in tutissimo quodam portu sibi jam navigare videretur. Sed ô vanas hominum spes: ô fallacia vota: ô inanes cogitationes nostras: ô inevitabilem humanæ naturæ necessitatem! Ecce, cuius vitam quam longissimam Maritus olim charissimus, nunc Vidius proh dolor! afflictius, cum omnibus bo-  
nis

nis optabat, hanc heu pietas exanimem cernit, hanc cadaver effecitam,  
communi omnium Matri terra hodie mandandam, cum amarissimis in-  
tuerit lachrymis. Sed quo feror? cum lenire satius quam exalperare  
teneat doloris acerbitatem. Quocirca considerandum nobis maturius  
est, quid malipissime denata M A R G A R E T A E, foemina elegan-  
tium morum honestamento undecunque refertissimæ, mors ipsa afferre  
potuerit, quo sibi dolendum Viduus tristissimus arbitretur. Nam si suæ  
causæ ingemiscere ac flere intemperantius velit, ignavus procul dubio  
nec maculae mentis (quam tamet tot documentis nobis comprobavit.)  
videatur; est quippe virilis magnique animi, ita adversam suam fortunam  
sustinere, ut non deiciatur, non opprimatur, sed rectus semper & in  
quocunque procacioris Sortis impetu firmissimus permaneat. Quod  
si ad beatissimæ memoriae MARGARETAM, Optimam atque inte-  
gerrimam mulierem, vitâ jam functam, animum referamus, nihil profe-  
cto est, quo illius mors dolenda videri possit; quippe illa mortalitati ejus fi-  
nem, & initium dedit immortalitatî; atquè ipsimet in hoc tam procelloso,  
& in omnes tempestates exposito mari, trigintatres annos naviganti, nil  
aliud fuit, nisi portus omnium miseriarum ac receptus quidam felicissi-  
mus, nisi (ut cum D. Ambrofio de fide resurrect. scribam) etiamnam  
omniumq; malorum perfugium, fidelissimq; statio securitatu. Quamobrem  
frena iniiciamus justo licet, pietatisque gloriam merenti dolori, quem &  
nos cum omnibus bonis, ex præmaturo, Matrona hujus, iphissimâ inte-  
gritate conspicuæ obitu contraximus, & antequam ipsi decentissimas  
eamus exequias, de ipsius honestissimis parentibus, majoribus, de illius  
Vitâ integrissimâ, morteque sanctissimâ breviter scribamus. Haec igi-  
tur Civitas Fœminam hanc multijugâ virtute præcellentem, in luminis  
hujus auras prodeuntem, blando complexu faustoque omne, primu-  
m Anno salutis reparatae 1627. die 15. Novembris, intra horam quar-  
tam ac quintam matutinam exceptit. Pater ipsius fuit beata recorda-  
tionis Hans Schröder Civis, Cerevisarius, Vir honestissimus, Senior  
Societatis que vulgo Schonvahrlage nuncupatur, & Provisor ad S. Spi-  
ritum optime meritus. Mater ipsi erat MARGARETA Schröders.  
Matrona pietate christianâ virtutumque fœminearum genere instructissi-  
ma. Avum paternum habuit. Frans Schröder. Nautam & Civem,  
templi Varnamindensis Provisorem, multaque probitate præditum.  
Aviam paternam ANNAM Michelsen / fœminam sane ingenuam.  
Proavum paternum habuit CHISTOPHORUM Schröder ex Holst-  
tia.

tia oriundum, Virum recti semper conscientem. Proaviam paternam RÖ-  
nicks Mæs. Matronam laudabilem. Avum maternum agnovit MAR-  
TINUM Schröder / Civem, Cerevisarium, & Negotiatorem hujusce  
civitatis non postremum. Aviam maternam Ilsebe Techentins fœmine  
sexus ornamentum. Proavum maternum agnovit STEPHANUM  
Techentin / Civem, mercatorem, Cerevisiarum civitatis hujus, & ad D. Ja-  
cobum Provisorem, Virum publico bonorum suffragio comprobatum.  
Proaviam maternam MARGARETAM Dührkouen. E tam probis,  
integris, honestisq; Majoribus ac Parentibus, nostra piissimè denata, suam  
deducens Originem, per lavacrum regenerationis Salvatori nostro CHRI-  
STO JESU inserta fuit; ac in pietate erga Cœlestè Numen, in aliisq; Vir-  
tutibus, quæ Virginem ornare possunt, diligentissimè educata, non  
acquievit honestati majorum ac parentum suorum, sed illam propriis  
virtutibus auxit atq; gregiè decoravit. Quam, tam elegantibus animi doti-  
bus ditatam ac dotatam, Vir Amplissimus, Prudentissimus DN. HENRI-  
CUS Niedeman / Senator Civitatis hujus dignissimus. Anno 1646. conspi-  
ciens, illam sibi, eodem Anno, & quidem die 23. Septembris, conjugali  
sœdere adjunxit. Inter quam & illum, tam tranquilla, tam svavis, tam  
sincera fuit consuetudo, quam inter conjuges unquam esse potest. Nam  
& illa intelligebat, quali nupta esset Viro, & hic, quam probam, quam  
prudentem, quam fidelem, quam rei œconomicæ studiosissimam du-  
xisset Uxorem. Quod autem pleriq; conjugum optare, votisq; pacisci  
consueverunt; ut scilicet seipso videre ac facere possint eleganti sobole  
parentes; ea bona fortuna, etiam in hocce conjugio, his optimis conjugi-  
bus evenit. Donavit quippe illos Divina Benignitas prole patrimæ pa-  
riter ac matrimæ virtutis æmulâ; quatuor videlicet filii & tribus filiabus;  
quorum liberorum primogenitus HENRICUS, & junior filia nomine  
DOROTHEA mortalitatem jam deposuerunt; reliqui vero Quinq;,  
scilicet JOHANNES, CHRISTIANUS, MARGARE-  
TA, ANNA, & HENRICUS, adhuc dum DEI benignitate  
vitæ munere fruuntur, charissimam matrem nimis subito sibi præceptam,  
anxio corde, querulis gemitibus, madentibusq; proh dolor! deplorant  
oculis. Gaudebant quidē suâ pulchrâ prole optimi parentes, eiq; longe-  
vos se superstites mansuros expetebant atq; sperabant. Sed, ut nullum  
est mortalibus sempiternum in vitâ bonum, ut sœpè mœroribus collu-  
tulantur lætitiae, ita dulcissima illa animorum ac corporum copula non  
diu

diu integra substicet; solos quippè quatuor & decem annos peregerat in  
vita maritalli MARGARETA nostra, cum mundo huic valedicere,  
cum conjugis liberorumq; mellitissimos amplexus linquere jussa est ab eō,  
qui solus vitæ necisq; jus ac summum possider suffragium. Vitam  
illius verè christianam quod attinet; illam ita instituit, ut in eā præsen-  
tes quod ad mirarentur haberent, absentes quod laudarent, omnes  
quod imitarentur. Imprimis vero ex omni illo Virtutum censu, quibus ma-  
trona hæc honoratissima suspicienda fuit, prima laus deberetur pietati ac  
devotissimo Divini Numinis cultui; quæ Virtus tanto est clarior, quan-  
to hæc matrona eam sibi habuit commendatiorem. Ædes sacras fre-  
quentare, Conclaves sanctas magno pectoris ardore & prolubio audi-  
re, ad illarum regulam, vitam moresq; suos conformare, sacram  
codicem utriusq; testamenti continuâ manu versare; DEUM precari  
ac venerari assiduo, scipiis & quidem religiosissime agnitis, ac amarissi-  
mè defletis peccatis, Divino ac jucundissimo Corporis & Sangvinis  
CHRISTI JESU pabulo, animam suam piissimam refocillare, hæc  
erant præcipua hujus præstantissimæ fœminæ artes, hæc professio. Pro-  
bè vero sibi perspectum habens hæc prudens fœmina, velut in semente  
posita est Spes futuræ messis, sic totius reliqua vitæ expectationem, ab  
educatione pueritiae pendere; ideo maximam navavit operam, ut antè  
omnia, præceptis timorem Domini, qui est initium sapientiæ, instillanti-  
bus, dilectissimorum suorum liberorum animi imbuerentur, curâq;  
ac ductu bonorum præceptorum, ad DEI summiveram agnitionem,  
& religiosum cultū, velut manu deducerentur. Experta autè hæc pientissi-  
ma fœmina, copiosissimam DEI Optimi, & quidem juxta infallibilia  
(quæ in psalmo 112. & psalmo 128. luculenter exprimuntur) promissa,  
benedictionem, non semet ingratam erga illam præsticit; ut illa ipsa, in-  
propriam desideratissimam prolem aliosque subsequuturos successores  
devolueretur, cordicitus exoptavit, & idcirco omni spe destitutorum  
fortunisque privatorum inopiam sublevare, templis, Scholis, ac aliis ali-  
quâ difficultate pressis & laborantibus, sine ullâ cunctatiore, ac cum sum-  
mo pii animi prolubio subvenire consuevit. Concordiam, quâ quid de-  
lectabilius? quid gratius? quid felicius? est enim amoris vinculum, est cha-  
ritatis consortium, cum omnibus agnatis, amicis ac proximis impensis-  
simè coluit. Quid jam dicam de illius in omnibus adversis, atq; calamiti-  
tibus constantiâ? concoquere illa poterat semper temporum tristitiam,  
donec

donec dies tandem gratā vice reduceret candidiores soles, menteq; inf-  
concusa, animo præsentī, per varia discrimina, cursum tenere potuit.  
Et ut plura in compendiū redigam, Mentem in omni sorte gessit æquabi-  
lem, ut nee secundis rebus insolescere, nec malis animum aut spem de-  
spondere solita fuerit. Heu mihi! quam multæ fœminatum prava imitan-  
tur specula; quæ læti hominis imaginem tristem, tristis lætam exprimunt;  
at piissima & candidissima MARGARETA, suo exoptatissimo Con-  
jugi hilari lætitiam, mæsto ægritudinem Sociam adjunxit; Praeterea  
MARGARETA curas, quæ in maritum inclinatae recumbebant, in par-  
tem, sapiente consilio, industrio conamine, fide non minori, quam  
olim PORCIA CATONIS filia, adversus Virum suum M. BRUTUM  
usa fuerat, juvit, existimans se, non tanquam pellicem ad leæti tantum  
mensæque consortium, sed etiam ad prosperorum ac adversorum soci-  
tatem Viro nupississe. Non imitata fuit illas mulieres, quæ tintinabulo  
sonantiores linguis exerunt, audacterq; pejerant, quæ cælum terræ mi-  
scerant, ita ut propitio D E O sit opus, & magno mari, ad eluendas contumelias & calumnias, illi misero, contra quem litigiam suam exacuerunt.  
Nam illa animum habuit, nullâ in alios malevolentia suffusum, sed admirandâ modestiâ suffultum; plena erat mansuetudinis, plena humanitas; non erat illa Vulgivaga mulier, caproque fœdissimo animali insidens,  
(cujus Pausanias in Eliacis lib. II, meminit) verum erat altera Phidiae  
URANIA, apud Eleos ex auro & ebore confata; altero pede premens re-  
studiem, erat scilicet mulier egregiâ specie & honestate, quæ insignis ca-  
stitatis conjugalis cultrix, privatis parietibus, exceptâ summa neces-  
itate temer continebat, domus curam agebat, nec temerè foris, instar  
domi portæ vagari solebat. Non illam monilia baccata, non mure-  
nulæ, non armillæ, non annuli, non cincinni, non vestes peregrinæ,  
sed morum probitas, sed virtus Sanctimonias, sed pudor atque verecundia  
exornabant. Pietas autem, DEIque Summi cultus in hac Matronâ selec-  
tioris indolis, tum in tota vita, tum in ipso lethali morbo luculentius  
eluxit. Cum quod, dum tredecim septimanis conflicitaretur, binâ vice, &  
ante octo dies, ipsa nocte, quæ obitum ejus præcedebat, factos sanctam  
Corporis & languinis CHRISTI Iesu Eucharistiam, cum summa animi  
devotione, e manu Viri Reverendi & Excellentissimi DN. JOHANNIS  
QUISTORPHI SS. Th. Doct. Professoris, atque Pastoris ad Aedem  
D. Jacobi Vigilantissimi sumit, Inter alias pientissimas process, Psalmo,

Trige.

Trigesimo primō, tāquam unico ac efficacissimo afflētissimā suā animā pharmaco, semet, quoad vixit, sc̄epissimē recreaverat, illum quoq; ante mortem suam, pro suā Concionis funebris Textu elegerat, & ut à suo Confessario Rev. Dn. Doctore QUISTORPIO, in illius Exequiis elucidaretur, atque clarius exponeretur, impensisime desiderarāt. Antē medium annum passa fuerat, vehementissimum ac inenarrabilem sanguinis fluxum, qui mirum in modum, vires corporis illius labefactavit, attrivit, mortiq; prorsus vicinam reddidit. Interim Divino auxilio, per ordinaria media, sic eluctata ex hoc malo fuerat, ut cum summā cordis sui, Conjugis dilectissimi, liberorum, ac consanguineorum amantissimorum voluptate, sacram ædem (cujus invisendæ ingenti per aliquot tempus flagrabat desiderio) frequentare potuerit. Alſeheu! Ut infida fors rotat exercetque humanas vices! quam vario tenore fluunt res mortalium...! quam nulla est voluptas adeo magna, cui m̄teror Comes proximē non adſtat. Quippe, æternam jam adepta quietem MARGARETA noſtra, ante tredecim hebdomadas, in priorem prolapsa infirmitatem, & summā accidente virum imbecillitate, ad lectum lethalem semet conſerre coacta fuerat. Consuluit quidem tunc conjunx afflētissimus, non ſolum hujus loci, ſed extraneos quoque medicos, ut priſinæ sanitati, in ulterius ſuum, ac liberorū ſolatiū, reſtruiri poſſet. Doctor quoq; JOHANNES BACKMEISTER, immoderatum illum sanguinis fluxum, non abſque magnā recuperandæ valetudinis ſpe ſliterat: verum accidente, magnumque incrementum ſumente defluxionum obſtructione, præviā quoque ingenti ſanguinis in corpore fere jam emaciato putredine, non ſolum maxima cordis anguſtiā, ſed etiam ardentissimā febri, omnemque medicorum induſtriam fallente correpta; quæ foeminae huic immortalitate dignæ, inevitabilem ex hāc vitā migrandi neceſſitatem afferebat. Quanquam autem Dn. D. BACHMEISTERO, etiam Experientissimus Dn. D. MARCHIUS, ad citiorem ac feliciorem ejusdem reſtitutionem adjunctus fuerit, & cum predicto Dn. Collegā diligenter, in generofioribus medicamentis, & gerrimæ, mortis que iminentis candidatæ porrigendis, operam adhibuerit; ſævierunt tamen intus mala; ſævit pernicioſiſimorum ſymptomatum, accidente anginoſo fauciū affectu, congeries; quæ robur nobilium partium, quarum officio vita carere nequit, penitus poſtravit, & calorem innatum, omnis post DEUM curatio- niſ auſtorēm, cum humido radicali, pedetentim extinxit. Lubenter qui- dem

dem in sui conjugis tristissimi, sūorumquē liberorum ac amicorū volup-  
tem atque commoda, diutius consortio viventium adesse expetiisse.  
Quiā vero Divinam voluntatem, ut huic mundo valediceret agnover-  
at; illi se totam intimis votis commendans, flexit protinus piissimum  
suum cor, ad magnam illam Mundi mentem, exoptans lubenter explere  
legem mortalitatis, suoque salvatori CHRISTO Iesu convivere. Non pos-  
sum me hercule! exprimere, quam religioso animō morbum s̄avientem  
quō mortem jam certam & imminentem tulit? Suspiravit toties ad Su-  
prenum Numen, & cum Davide illa verba ex Psalmo 42. deponeret:  
Wie der Hirsch schreiet nach frischen Wasser. Item. Herzlich thut mich  
verlangen nach einem seeligen Ende. Item. Herr Jesu Christ du höchst-  
stes gut/ du Brunquell aller gnaden. Item. Ich habe meine Sache Gott  
heimgestellt/ cum summa animi devotione ingeminavit. Ante extremum  
vitæ terminum gratias summas suavissimo conjugalis chori socio, prō  
amore candido fideque nunquam violatā egit; proli sua dilectissima, Di-  
vinam impertit benedictionē, eamque ad Dei cultum, ad Parentis reveren-  
tiā, ad præceptoris obedientiam, materno sane affectu commonefecit;  
omnibus quicunque illam aliquo offendere potuerant pacto, exipsis pla-  
cidissimi, & vere pii ac christiani animi visceribus condonavit.  
Et quis non miretur tantam in foemina hāc præclarā, ante ipsum  
ēvitā excessum constantiam, tantamque sapientiam; quā imitata nau-  
tas in patenti deprehensos Oceano, qui nihil acriori pree flagitant,  
nisi ut quam citissime portum attingant; emulata viatores diuturniori  
vitā fatigatos, qui nil impensis quam quietem experiri, patriosq; lares  
revisere cupiunt, ardentissime ē miserā hujus vitæ servitute, ac carcere,  
in libertatem filiorum D E I justis, vindiciis asseri expetit. Et cum  
ipsa antehac in utraque fortunæ facie, parem & æqualem animi tenorem  
præseferret, tunc in extremo vitæ actu, qui etiam sanctissimos concutete  
consuevit, tantā constantiā pectus munitum habuit, ut nulla doloris vi-  
nullā mortis formidine, de statu mentis sese dejici permitteret. Nihil  
aliud preces illius, nisi suspiria ac gemitus, nihil cygneæ voces, ab imo pe-  
ctore elicitæ aliud spirabant, quam vanitatis & mundi inanum despe-  
ctum, quam devotam contemplationem humanae imbecillitatis,  
quam peccatorum suorum pœnitudinem, quam desiderium vitæ æter-  
næ, quam Divinæ Majestatis inter beatissimos spiritus conspectum. Ec-  
tandem in tantā constantia atque pietate; in tantā erga Salvatorem suum  
spe ac fiduciā, Optimā hāc & preciosa suo conjugi, liberis, & amicis,

B

MAR.

MARGARETA, egressa corpore est, ut viva solebat, è cubili. Et relinquens  
hic concretum & mortale corpus, quasi placidissimo sopita somno, ho-  
rum infelicium temporum miseriās, & humanæ vitæ calamitates atque  
molestias, in præsentia aliquot conlanguineorum & vicinorum, die 13 Au-  
gusti, circè horam Septimam matutinam deseruit, cum finivisset ætatis  
annum Trigesimum tertium. Et ita tibi occidit tua PENELOPE Vir Am-  
plissime Vidueque jam mœstissime, ita cœlo recepta, grande familia tua  
præsidium & decus; sic mortalitatem immortalitate commutando, ad cœ-  
lestem patriam commigravit, unde dono DEI, tam rara amoris pignus  
ad te transmisum fuerat. Verum Tu Amplissime, Prudensissime Vir,  
quid quo lo facies? anne hic obstrepes? noli voces vel lamenta sparges? ca-  
ve. Nihil ille supremus omnium rerum conditor ac gubernator, quod  
non nobis conducat expedit, nihil decernit, quod non utile, non tempe-  
stivum. Certe sic christianus institutus; sic imbutus es; vitam hanc, esse car-  
cerem, lachrymarum vallem, navigationem periculi plenam, per brevia,  
vada, atque syrtes; profectionem e terrâ in cœlum. Mortem contra re-  
fugium ac asylum malorum, & in mundi fluctibus, portum acceptissi-  
mum. Cur ergo dolori tuo lenocinareris? quid gemicibus, quid lachry-  
mis (quod votis debebas) prosequereris? Obiit dices? sed à terennis ad  
cœlestia, à fluxis suis atque caducis bonis ad æternas illas immensasque  
divitias abiit. Cara illa Tibi fuit? sed cariorem, olim recipies, & beata æter-  
nitas, aliquando te illi iterum conjunget; à quâ brevi temporis intercape-  
dine nunc sejungeris; & carior tibi DEUS esse debet, qui eam voluit ex hoc  
turbido vitæ pelagō in portum traduci, & è corporeo hoc ergastulo in  
libertatem asseri. Placuit id DEO? placeat & tibi. Provinciam quoq; tuam,  
in quâ Te collocavit Divina benignitas, perpende, & quia in publico ci-  
vitatis bono promovendo, curæ tuæ studia promoventur, retine  
personam in utrâque fortunâ & quabiliem, nec domesticam calamitatem, in  
Reipublicæ noxam verti permitte. quoniam vero illa ex hisce regionibus  
ubi vita erat in exilio, via in periculo, finis in dubio, non supra planeta-  
rum orbes, sed suprà cœlorum cœlos transit, ubi dolor non sentitur, ge-  
mitus non auditur, malum non timetur, summum bonum possiderur;  
ideo hanc felicitatem, O Vidue mœstissime, conjugi dilectissimæ invidere  
noli; sed potius eandem lethi viam calcare & dimidio sui jungi desidera.  
Compescere moneo adhuc Vir prudentissime mœstitudinâ tuam; & eo jam & qui-

org

ore animo mane, quod quam amissisti, sequeris. Respice / ut tecum sapientissimo Seneca alloquar) celeritatem rapidissimi temporis: cogita brevitatem hujus spaci, per quod citatissimi currimus; obserua hunc comitatum generis humani eodem tendentis, minimis intervallis distinctum, siam ubi maxima videntur, quam putas periisse, praemissa est. Quid autem Clementius, quam cum idem iter tibi emetiendum est, flere illam quae antecessit? Flet aliquis factum, quod non ignoravit futurum? Flet aliquis factum, quod asebat non posse non fieri? quisquis aliquem queritur mortuum esse, queritur hominem fuisse. Parce funesto labori & luctui; non enim convenerit, ut qui cordatus Vir est, ejulet postratus iuxta defunctam, foeminae ad exemplum; luge vero moderatissime dilectissimam Tuam C A J A M. Non enim mortua, sed eandem viam, quam omnibus ingredi necessarium est, præivit. Nos etiam (ut cum Antiphane in Aphrod apud Stobi loquar, in idem eum ipsa diversorium veniemus, communem unam relata quam acturi vitam. Vos autem Cives Academiæ honoratissimi (amanter & officiose oro ac invito) Matronam hanc honoratissimam, virtutibus sexus foeminei celebrem; ad tumultum in templo Mariano paratum efferendam, frequentes comitemini, exuviasq; tam honestæ, tam integræ ac laudabilis animæ, ad conditorum suum, decentissime deducite; hocque ipsò, lenite mœrorem mœstissimi, cum afficitâ prole, atque amicis, mariti, Viri de Civitate, de Ordine nostro optime merentis, literarum literatorumque Favitoris non postremi. Quemjam desideratissimæ conjugæ orbum, efficaci consolatione erigete, acerbum animi vpus luctum lenire, medicinamque tantæ ægritudini largiri non intermitte (juxta pia nostra vota) æterhus ille solator. Spiritus, qui tristissimis mentibus gratissimam requiem & exoptata gaudia, clementissime afflare consyevit. Sed neque nostri, O CIVES ACADEMIÆ Colendi, eo ipso tempore oblivia sumur, quo justissima lectissimæ huic foeminae, honestatis, modestiae, patientiae, verecundiae, omnis denique viriutis Specimini & exemplari, atque in tam floridâ proh dolor! ætate, e mortalium confortio secedenti persoluturi sumus. Cogitemus obsecro, quod olim Lipsius

Gent.

Cent. 4. miscell Ep. 49. scribit; Parca assidue super caput nostrum  
stat, & idu aliquo percellit nec expectato. Sicut in aquâ pisces ludunt, in  
aere aves volitant securâ insidianium; & illos hamus adducit, istas  
rete involvit: sic si sit nobis, & aliquem è magnô grege adsiduo vene-  
tur, & capit pallens hac Diva. Pependamus ea diligenter quæ Papinius  
Statius, sublimis acセルス poetarib. II. sylv. I. cecinit.

### Nos anxia plebes

Nos miseri quibus undè dies suprema, quis avit  
Exitus incertum: quibus instet fulmen ab Astris  
Quæ nubes fatale sonent.

Deniq; dum vivimus, vivamus, non genio, non corpori, non vo-  
luptati, non rebus caduci, non mundo; sed Virtuti, sed cœlo,  
sed æternitati, sed D E O , & nos tempestivè ad mortem, vel  
satius ad felicissimum ex hac calamitosissimâ breviq;  
Vita exitum disponamus atque præ-  
paremus.

P.P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus die  
20. Augusti A. D. 1660.

Conventus fiet hodierna horâ primâ  
In Æde Divæ DEI paræ Sacrâ.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn777427354/phys\\_0017](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777427354/phys_0017)

DFG





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn777427354/phys\\_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777427354/phys_0019)





dem in sui conjugis tristissimi, suorumque libe-  
 tem atque commoda, diutius consortio vive-  
 Qui à vero Divinam voluntatem, ut huic mi-  
 rat; illi se totam intimis votis commendans,  
 suum cor, ad magnam illam Mundi mentem,  
 legem mortalitatis, suo que salvatori CHRISTO  
 sum me hercule! exprimere, quam religioso an-  
 quò mortem jam certam & imminetrem tu-  
 premium Nutui, & cum Davide illa verba e-  
 Wie der Hirsch schreitet nach frischen Wasse-  
 verlangen nach einem seeligen Ende. Item. H-  
 stes gut du Brunquell aller gnaden. Item. Yo  
 heimgestellt / cum summā animi devotione in  
 vitæ terminum gratias summas suavissimo  
 amore candido fideque nunquam violata egit  
 vinam impertit benedictionē, eamque ad Dei c-  
 tiam, ad præceptoris obedientiam, materno sa-  
 omnibus quicunque illam aliquo offendere po-  
 cidissimi, & vere pī ac christiani animi  
 Et quis non miretur tantam in foemina h-  
 evitā excessum constantiam, tantamque sap-  
 tas in patenti deprehensos Oceano, qui n-  
 nisi ut quam citissime portum attingant; &  
 vitā fatigatos, qui nil impensius quam quiete  
 revisere cupiunt, ardentissimè miserā hujus  
 in libertatem filiorum D E I justis. vindiciis  
 ipsa antehac in utraque fortunæ facie, parem &  
 præferret, tunc in extremo vitæ actu, qui et  
 consuevit, tantā constantia pectus munitum  
 nullā mortis formidine, de statu mentis se se-  
 aliud preces illius, nisi suspiria ac gemitus, nih-  
 etore elicite aliud spirabant, quam vanitati  
 etum, quam devoutam contemplationem  
 quam peccatorum suorum pœnitidinem, q-  
 uæ, quam Divinæ Majestatis inter beatissimi  
 tandem in tantā constantia atque pietate; in ta-  
 spe ac fiduciâ, Optimâ hæc & preciosa suo

B



orū voluptra-  
 expetiisset  
 ret agnove-  
 piissimum  
 nter explore-  
 re. Non pos-  
 səvientem  
 toties ad Su-  
 eprompta  
 ich thut mich  
 rist du hōch  
 Sache Göt-  
 te extremum  
 ri socio pro-  
 clissimæ Di-  
 ntis reveren-  
 monefecit  
 exipsis pla-  
 ondonavit  
 ante ipsum  
 limitata nau-  
 ee flagitant  
 diuturniori  
 atriosq; lares  
 ac carcere  
 Et cum  
 ait tenorem  
 os concutete  
 la doloris vi-  
 tteret. Nihil  
 ab imo pen-  
 nium despe-  
 lbecillitatis  
 a vitæ æter-  
 pectum. Ec-  
 prem suum  
 s, & amicis  
 MAR-